

H N H



AB
153545

6 0 3

Christum videre parum est,
sed à Christo vivere magnum.

50

P. c 166

Si quis forte roget,
cujus liber hic sit?
amici.

Hermannus Neuvale
optime hic liber est.

Theol. D. VII. 319.

CHRISTUM VIDERI
VIDERE
PARUM
EST

Lutherus
Tempus est pestilentissimum ubi cō-
desia negligitur, nihil illi datur
sed spoliatur, olim Reges & principes
firmabant, nunc vero spoliant. Amos 604

Sedulum in officio Reip^s adjuvan:
Fodit inertem
Ignorantia sequitur gloria nulla
Virum

Iove principium, q^uo dicitur
dicere Jova
Debit, a Jova non Jove
ura sahy

Yorsic. q. extant in scriptis
Hannovicij

Dictum, adly, opq, confessio, unij,
una, q. nq, nec.

Proinde etiam nunc max
ubi monstrant

CHRIST. W. M. V. 10322 PHARM. EST

Nisi pessimis effusisq; moribus
viveret, profecto opus ferocis
legibus fuisset. Vetus Verbum est
leges bonae bonos & malis moribus
parant. Macrobius lib. 5. Saturnal.

Quo n. feris potior, parendi sine
lege mahe.

Philip Melant. lib. 2. in Epigram:
Denique Vita totum tranquilla & Lu,
nata manebit
servandi leges dum pia cura manet

Tabella Chronologica.

A condito mundo 1962
 promissione data Abraham in se,
 mine (Gen. 1919)

A. { Vaticinio Jacob Gen. 49 (Romani)
 1700

promissione data David: 1063

Vaticinio Isaie cap. 9 (Eze 17)

700
 Ara ultimo sedonacum Da,
 nichis, q' faciunt 490 ass
 glos numerabis a tempore edi-
 ficationis Hierosolyma.

condita urbis Roma 711

Augusti Caesaris 42 p'fidit Syriae

Cyrenae
 Consilio Romano fact' C. Octavio

Q. M. Plautio Sulpiano cu iam
 templu Caesar 3 clausisset

q' sic pat facta p totu terraru
 orbem confirmata. DOMINUS Pa-
 cis Ihsus in terris habitans

A

Christo
 naty.
 Anno.

CHRISTUS NATUS EST ANNO 1000

A A condito mundo usque hunc usque
annu chri 1572 post anni 5534.

1572
1573
1574
1575
1576
1577
1578
1579
1580
1581
1582
1583
1584
1585
1586
1587
1588
1589
1590
1591
1592
1593
1594
1595
1596
1597
1598
1599
1600

1572
1573
1574
1575
1576
1577
1578
1579
1580
1581
1582
1583
1584
1585
1586
1587
1588
1589
1590
1591
1592
1593
1594
1595
1596
1597
1598
1599
1600

CHRISTLICH
VIDERE
PRAECIPIUM
EST

1411
1587
16
18
3
Q
11
0
L
5
1
8
7
4
0
p
8
3
5



CHRISTUM
VIDERE
PARUM
EST

1411
1412
1413
1414
1415
1416
1417
1418
1419
1420
1421
1422
1423
1424
1425
1426
1427
1428
1429
1430
1431
1432
1433
1434
1435
1436
1437
1438
1439
1440
1441
1442
1443
1444
1445
1446
1447
1448
1449
1450
1451
1452
1453
1454
1455
1456
1457
1458
1459
1460
1461
1462
1463
1464
1465
1466
1467
1468
1469
1470
1471
1472
1473
1474
1475
1476
1477
1478
1479
1480
1481
1482
1483
1484
1485
1486
1487
1488
1489
1490
1491
1492
1493
1494
1495
1496
1497
1498
1499
1500




CHRISTUM
VIDERE
PARUM
EST

1411
1412
1413
1414
1415
1416
1417
1418
1419
1420
1421
1422
1423
1424
1425
1426
1427
1428
1429
1430
1431
1432
1433
1434
1435
1436
1437
1438
1439
1440
1441
1442
1443
1444
1445
1446
1447
1448
1449
1450
1451
1452
1453
1454
1455
1456
1457
1458
1459
1460
1461
1462
1463
1464
1465
1466
1467
1468
1469
1470
1471
1472
1473
1474
1475
1476
1477
1478
1479
1480
1481
1482
1483
1484
1485
1486
1487
1488
1489
1490
1491
1492
1493
1494
1495
1496
1497
1498
1499
1500



CHRISTUM
VIDERE
PRAECIPIMUS



Handwritten text on the right edge of the page, possibly a library stamp or inventory number, including characters like 'M', 'R', '3', 'Q', 'M', '0', 'L', 'S', 'I', 'D', 'H', 'O', 'P', 'D', 'Z', 'S', '1'.



CHRISTLICH
VIDERE
PARUM
EST

141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200



CHRISTUM
VIDERE
PATRUM
EST

1411
1412
1413
1414
1415
1416
1417
1418
1419
1420
1421
1422
1423
1424
1425
1426
1427
1428
1429
1430
1431
1432
1433
1434
1435
1436
1437
1438
1439
1440
1441
1442
1443
1444
1445
1446
1447
1448
1449
1450
1451
1452
1453
1454
1455
1456
1457
1458
1459
1460
1461
1462
1463
1464
1465
1466
1467
1468
1469
1470
1471
1472
1473
1474
1475
1476
1477
1478
1479
1480
1481
1482
1483
1484
1485
1486
1487
1488
1489
1490
1491
1492
1493
1494
1495
1496
1497
1498
1499
1500



CHRIST. M. M. V. D. E. R. P. H. A. B. I. M. S. S. T.

1483
1484
1485
1486
1487
1488
1489
1490
1491
1492
1493
1494
1495
1496
1497
1498
1499
1500



CHRISTUM
VIDERE
PATRUM
EST

1471
1472
1473
1474
1475
1476
1477
1478
1479
1480
1481
1482
1483
1484
1485
1486
1487
1488
1489
1490
1491
1492
1493
1494
1495
1496
1497
1498
1499
1500



CHRISTUM
VIDERE
PARVUM
EST

MYSICA.
DISPUTATIO.

1
COMPLECTENS
SUMMAM ET ORDINEM
DOCTRINAE, IN EPISTOLA
ad Hebræos traditæ, DE SACER-
DOTIO ET SACRIFICIO
CHRISTI, instituta, ut stu-
diosi ad lectionem eius Epi-
stolæ inuitentur.



A LVCA BACMEISTERO
Theologiae Doctore.

Disputabitur, Deo dante, die 18. Martij
in auditorio maiori, hora septima.

Libraria Suppellectili Hermanni Neii
Valdi Hagensis annuumerz 1603
ROSTOCHII mens. Julij.

EXCVSA IN OFFICINA IACOBI

LVCII. ANNO M. D. LXIX.
Secundum in officio Dni disputatj, odit in certum
gnarim sequitur gloria nulla vorum?

A 1

CHRISTIANUS VIDERI PHARMACIST



AB 153 545

157

I.

Doctrina de unico sacrificio
et aeterno sacerdotio filij Dei,
Domini nostri Iesu Christi,
& propria est Ecclesiae Dei,
& amplissimum in Ecclesia usum ha-
bet. Est enim fons totius Euangelij de
vera agnitione & beneficijs Christi me-
diatoris, seu de vera iustitia & salute a-
terna, et fundamentũ fidei, inuocationis,
omnisq; consolationis et totius religionis
Christianae. II.

Præcipua vero huius doctrinae capita
eruditè, perspicuè, et splendidè, in Epi-
stola ad Hebræos explicata sunt, ita vt
hæc Epistola rectissimè sedes et domici-
liũ eius doctrinae appellari possit. Qua-
re singulis pijs nota et familiaris esse de-
bet. Et vt aliqui ad eius lectionem inui-
tentur, seriem membrorũ, & præcipuas
in ea materias, ad hanc doctrinã perti-
nentes, paucis indicabimus. Pri

III.

Primum omnium illud considerandum est, cur sacerdote & sacerdotio aliquo in genere humano opus fuit. Iusticia Dei non ferens peccatum, auersabatur & damnabat hominem lapsum, & conscientia facinoris in homine fugiebat Deum ut iratum iudicem. Necesse igitur fuit, ut mediator quidam interueniret, qui et Deum homini placaret, et hominem peccato liberatum ad Deum reduceret.

IIII.

Sed non placatur Deus absq; compensatione. Ideo sacrificium seu ἑσθησιον æquiualens ei exhiberi oportuit, quo iusticiæ ipsius satisfaceret, & peccatum expiaretur. Quare mediatorem istum sacerdotem esse oportebat, qui victimam talem offerret, & per eam placato Deo, ingrederetur in conspectum ipsius, & pro

CHRISTUM
VIDERE
DEUM
EST

pro genere humano in peccatum et mortem lapsa intercederet, ac gratiam, iustitiam, & vitam æternam ei rursus impetraret ac restitueret.

V.

Sic ergo iustitia Dei satisfactionem & victimam sufficientem pro peccato postulante, quam nulla creatura præstare poterat (cum Deo enim agendum erat non cum homine, aut natura aliqua finita & creata) immensa misericordia hoc decretum in consilio diuinitatis sancitur, ut filius qui pro homine simplex æterno patri factus erat, sacerdos & victima fieret, & assumpta humana natura, iustissimam iram Dei oblatione corporis sui placaret, atq; ita expiato peccato, verus et perpetuus inter Deum & homines mediator esset, per quem illi semper gratiam apud Deum, & aditum cum fiducia obtinerent.

De

VI.

De hoc Dei consilio & futuro Christi sacrificio, ut commonefierent homines, instituit Deus sacrificia pecudum, inde vsq; ab initio, & sacerdotium ipse ordinavit in lege, cui munus sacrificandi, & agendi cum Deo pro populo, eūq; placandi, tum victimis, tum intercessionem et deprecationem, commendatum esset, donec Christus hisce typis adumbratus exhiberetur.

VII.

Ad hanc considerationem (quæ velut fons est totius doctrinæ de sacerdotio & sacrificio Christi) autor Epistolæ ad Hebræos lectorem deducit, cum inquit cap. 2. Christum hominem factum, ut fidelis esset pontifex in his quæ apud Deum forent agenda. Et cap. 5. rationem legis de munere sacerdotali ad Christum, cuius figura fuit, accomodans, ait: Omnis

pon

CHRISTUM
VIDERE
PARTIM
EST

pontifex, qui ex hominibus assumitur,
pro hominibus constituitur, in his quæ
apud Deum sunt agenda, ut offerat do-
naria et uictimas pro peccatis. Item cap.
7. Saluos facere ad plenum potest, qui
per ipsum adeunt Deum. Neq; enim
quenquam in lege hostiam Deo offerre
licuit, nisi per manum sacerdotis, sicut
expressè præcipitur. Leuit. 17. Vnde
nec nunc quisquam cum Deo agere, aut
ad eum accedere uel audet, uel potest,
nisi per Christum. Iohan. 14.

VIII.

Hoc fundamento doctrinæ de sacer-
dotio Christi considerato, etiam personã
sacerdotis notam esse ^{oportet} potest, ut sciamus ^{quis}
& qualis sit redemptor, & consiliũ Dei
in redemptione generis humani aliquo
modo agnoscamus.

IX.

Persona in initio Epistolæ cap. 1.

A 4

¶ 2.

CHRISTUM
V. M. V. I. D. E. R. E.
P. A. R. T. I. M.
S. S. T.

¶ 2. describitur, esse videlicet Christum pontificem nostrum, filium Dei, natum de substantia æterni patris, conditorem & conseruatorem omnium rerum cum Patre & Spiritu sancto, longè excellentiorem angelis, natura, maiestate, potentia, & dominio: & filiū hominis, natum ex semine Abrahamæ, participem carnis & sanguinis vna cum reliquis hominibus, omniumq; affectionum humanarum, sed absq; peccato.

X.

Sunt ergo in Christo sacerdote & mediatore nostro duæ naturæ, proprietatibus quidem essentialibus distinctæ, sed vnione hypostatica mirando & inefabili modo copulatæ. Causæ vero, cur hunc mediatorem, Deum & hominem esse oportuit, passim in hac Epistola indicantur.

Iustia

XI.

Iustitia Dei hominem ad pœnam de-
poscebat, quia homo peccauerat. Pœna
vero peccati erat maledictio, & crucia-
tus mortis. Ergo vt affligi, pati, & mo-
ri pro genere humano posset mediator,
necesse fuit humanam & mortalem in
eo naturam esse. Deinde decebat eum,
similem esse ijs, quos rursus ad Deum
adducturus erat, vt hi ipsum velut du-
cem & caput suum per huius vitæ affli-
ctiones, quibus obnoxij sunt, ad gloriam
æternæ iustitiæ & vitæ sequerentur.
Postremo vt misericors & fidelis esset
pontifex hominum apud Deum, qui ex-
pertus miseras humanas, verè afficere-
tur sensu infirmitatum nostrarum, nec
denegaret gratiam & opem, his qui ten-
tantur, & auxilium petunt.

XII.

Deum esse oportuit, vt ἀντιλήθη ἡμῶν esse

A 5

pro

CHRISTUM VIDERI PHARMACIST

pro peccatis totius mundi, sustinere hor-
rendam iram Dei, abolere mortem, vin-
cere et conculcare Diabolum, qui mortis
habebat imperium, ingredi in sancta, hoc
est, in ipsū cælum & iudiciū Dei pro no-
bis, & plenam atq; æternam redemptio-
nem parare posset: Item ut perpetuò
princeps esset salutis filiorum Dei, hoc
est, perpetuum caput, custos & defensor
Ecclesiæ, semper viuens ut intercederet
pro nobis, & iusticiam ac vitam suam
communicaret credentibus.

XIII.

Hæ causæ cur sacerdotem seu media-
torem nostrum Deum & hominem esse
oportuerit, partim ex secundo, partim ex
5. 7. & 9. capite huius Epistolæ colligi
possunt: atq; ideo tenendæ sunt, ne offi-
cium mediationis tantum vni naturæ in
CHRISTO tribuamus, sed toti
personæ.

Porro,

XIIII.

Porro, ne cui dubium sit, Christum illum patribus promissum, & postea in plenitudine temporis exhibitum, ac Hierosolymis crucifixum, mortuum, & resuscitatum, uerum pontificem esse, probat id Apostolus, cap. 5. ex proprietatibus & officijs sacerdotum legalium, quæ Christo cū ipsis communia fuerūt. Sunt autem quinque huius collationis membra.

Primum. Omnis pontifex ex hominibus assumitur: Ita & Christus, ut pontifex esse posset, carnem humanam assumpsit.

Secundum. Sacerdos non pro se, sed pro alijs hominibus, imo pro toto populo constituitur, in his quæ apud Deum sunt agenda: Ita Christus propter nos homines & totius generis humani salutem, constituitur Sacerdos, ut pro nobis Deum adeat, ac gratiam & reconciliationem nobis impetret.

Ter.

Tertium. Sacerdotis est offerre preces & sacrificia certa pro expiandis peccatis populi: Sic & Christus preces cū valido clamore & lachrymis, et sui corporis victimam offerens, veram purgationem peccatorum effecit.

Quartum. Omnis pontifex quia ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, ipse etiam circumdatus est infirmitate humana, vt possit μελροπας Θεiv, hoc est, æquum se præbere & condolere infirmis & errantibus. Ita Christus homo factus, etiam infirmitates humanas in se recepit, vt fidelis & misericors pontifex esset.

Quintum. Nemo nisi legitimè vocatus, rite fungitur sacerdotio: Ita nec Christus seipsum constituit pontificem, sed ab æterno patre ad munus sacerdotale vocatus, & inauguratus est, teste Psalmo 110.

Sed

CHRISTUM
VIDERE
PARUM
EST

XV.

Sed tamen multa sunt in Christo peculiariora, quæ eum à Leviticis sacerdotibus discernunt. Nam & personæ dignitate, & vocationis excellentia, & sacrificij qualitate atq; efficacia, & totius sacerdotij præstantia, duratione & perfectione longè ab illis differt, etiamsi externa conditione & munere sacerdotali ipsis non dissimilis fuit.

XVI.

Hoc discrimen desumptum ex dicto Psalmi: Iuravit Dominus & non poenitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchizedech, eruditè & copiosè explicatur Cap. 7. 8. 9. et 10. Ac demonstratur Christum esse omnium sacerdotum summum, & habere perfectissimum sacerdotium, quo legale illud seu Leviticum, propter imbecillitatem atq; imperfectionem prorsus aboleatur, et inutile reddatur. Col.

XVII.

Collatio Christi cum Melchizedech, quæ cap. 7. instituitur, primum dignitatem personæ & sacerdotij Christi, qua antecellit Aaroni, omnibusq; sacerdotibus Leviticis, declarat. Melchizedech enim qualis & quantus fuerit, ex historia Gen. 14. manifestum est. Omnia autem, quæ scriptura ei tribuit, nomen, genus, ortus, ac vitæ tempus, sicut humanam conditionem longè excellunt, ita ad unum Christum aptissimè congruunt. Et ordo seu dignitas sacerdotalis in Melchizedech tanta fuit, ut Abraham quamvis patriarcha, habens singularem promissionem, & in fœdus amicitie à Deo receptus, tamen se ei reuerenter subiecerit, dans ipsi decimas, & vicissim benedictionem ab eo tanquam à superiore & præstantiore accipiens. Et quidem in Abraham & cum Abraham

et in omni

CHRISTI V. M. VIDERE PARTIM EST

h,
a=
ia
i=
ch
o=
ia
n,
u
t,
u
is
t=
l=
i=
a
ia
à
t
n
s

omnis eius posteritas, quæ tum adhuc in
lumbis eius hærebat, atq; ita etiam Leui
cum Aarone & reliquis sacerdotibus
omnibus ex familia sua, & stirpe Abra-
hã nascituris, Melchizedeco se submit-
tit, & ab eo benedicitur. Ad talem ordi-
nem cum & Christus institutus sit, cer-
tum est, eum Aarone ac successoribus il-
lius, imo ipso etiam Abraham esse præ-
stantiorem, & dignius esse ipsius sacer-
dotium Levitico, nimirum, quod huic be-
nedictionem impertiat, & ius atq; offi-
cium reliquo populo benedicendi (quod
proprium erat sacerdotum) attribuat.

XVIII.

Deinde ex eadem Christi cum Mel-
chizedech comparatione, demonstratur
Christum non tantum omnium sacerdo-
tum summum esse, & dignitate perso-
næ, & officij seu sacerdotij antecellere

Aaro

*Aaroni, omnibusq; eius successoribus:
sed etiam perfectius, efficacius, & sta-
bilius esse Christi sacerdotium Leuiti-
co ac tota lege, Et propterea abrogari
oportuisse legem cum suo sacerdotio,
postquam Christus fuit exhibitus, &
munus suum sacerdotale, ad quod voce
eterni patris institutus erat, peragen-
dum suscepit. Id ordine sex argumentis
probat.*

XIX.

*I. Si perfectio erat in Leuitico sacer-
dotio & lege, quæ sub hoc sacerdotio la-
ta eiq; connexa fuit, hoc est, si nihil ei des-
fuisset in perficiendis illis, quæ ad ueram
purgationem peccatorum et salutem po-
puli pertinebant, non opus fuit alium or-
dinem sacerdotalem quam Aaronicum
induci. In perfectione enim nihil muta-
tur. Sed iam constituto & vigente sa-
cerdotio Leuitico, promittitur à Deo a-
lius*

lius Sacerdos, qui sit ex ordine Melchizedech non Aaronis. Vnde et Christus non ex tribu Leui, ex qua sola lex Sacerdotes desumi præcepit, sed ex tribu Iuda ortus est, ad quam tribū nihil de Sacerdotio Moses locutus erat. Atque ita ipsius Dei uoce & cōsilio fit legis & sacerdotij prioris translatio, quod tamen etiam diuino mandato institutum fuerat. Ergo legale sacerdotium imperfectum, Christi uero multo perfectius & nobilius esse Deus ipse ostendit.

XX.

2. Sacerdotium Aaronis iuxta legem mandati carnalis institutum fuit, hoc est, constabat tantum ex hominib., infirmitatem carnis habentibus, et morti obnoxys, et ex ritibus externis, quibus caro lustrabatur, secundum præscriptum legis.

Christus uero constituitur pontifex,

B

non

non secundum hanc carnalem legem, sed
secundum similitudinē Melchizedec,
qui perpetuo uiuit (nam de eius morte
scriptura nihil meminit) Est enim non
tantum homo mortalis, sed etiam eter-
nus filius Dei, inauguratus perpetuæ ui-
tæ potentia: ideoq; impossibile fuit eū te-
neri à morte, cum semel se pro peccatis
mundi obtulisset. Quia ergo tale habet
sacerdotium, quod potentia indissolubi-
lis uitæ instructū est, omniaq; in eo sunt
spiritualia, uiuifica & æterna, longè ex-
cellentius & perfectius illud est Aaro-
nico.

X XI.

3. Leges posteriores derogant priori-
bus. Constitutio diuina de nouo sacer-
dote secundum ordinem Melchizedec,
est multo posterior lege Moysi, quæ or-
dinauit sacerdotes Leuiticos. Ergo
hoc prius mandatum per posterius illud
abrogatur. Ideo autē abrogari oportuit
quia

CHRISTUM
VIDERE
PARUM
EST

quia lex Moysi nihil ad perfectionē ad-
ducere potuit, propter imbecillitatem in
tollendo peccato & morte, ac uera iusti-
cia & uita æterna restituenda, sed
tantum introductio quæ dā erat ad spem
pctiorem seu pædagogia ad Christū, qui
suo sacerdotio perfectam salutem & re-
demptionem toti generi humano compa-
raret, & nos Deo adduceret, à quo per
maledictionē legis procul remouebamur.

XXII.

4. Christus interposito ipsius Dei iu-
ramento constituitur pontifex, sicut di-
citur: Iurauit Dominus, & non pœni-
tebit eum: Tu es sacerdos in æternum.
Leuitici sacerdotes citra iusiurandum
ordinantur ad ministerium. Sunt autem
iuramento stabilitæ & confirmatæ san-
ctiones magis ratæ et certæ cæteris, imo
sūt immutabiles. Quare et Christi sacer-
dotiū dignius ac stabilius est Aaronico

per Moysen instituto, maxime cum & perpetuum fore iuramento diuino affirmetur.

XXIII.

5. In lege plures fuerunt Sacerdotes, qui sibi inuicem ordine successerunt, propterea quod mortales essent. Ideo horum omnium sacerdotium morte finiebatur, & ad aliū transferebatur. Christus uero quod idem maneāt in aeternū, & perpetuo uiuat post resurrectionem ex morte, immutabile habet sacerdotium, cui ipse solus & perpetuo praestit absq; ullo successore. Vnde & plenam atq; aeternam salutem, hoc suo sacerdotio conferre potest omnib; qui per ipsius meritum & intercessionem ad Deum accedunt, id quod Levitici sacerdotes propter imbecillitatem & instabilitatem sacerdotij sui praestare non potuerunt.

Veri

CHRISTUM
VIDERE
POTERUNT
SST

XXIII.

6. Veri & perfecti sacerdotis conditiones hæ sunt, ut sit iustus, innocens, impollutus, prorsus immunis à peccato, quo & ipse in conspectum iusti & sancti Dei prodire audeat, & populo uerè & perfectè Deum placare possit. Talis pontifex est Christus, uoce diuina immediate institutus, qui est filius DEI in æternum consummatus, & quamuis homo factus est, tamen segregatur à peccatoribus sancta conceptione & natiuitate, omniq; labe peccati caret, & sublimior est cælis h. e. diuina uirtute & cælesti puritate præditus, & arcani consilij Dei conscius. Lex uero homines tantum constituit pontifices, qui infirmitatibus peccati & mortis obnoxij, & terrenæ conditionis cum reliquis hominibus participes sunt. Quamobrem tam pro proprijs peccatis uictimas offerre cogun-

CHRISTUM VIDE REPTAM SST

tur, quā pro peccatis populi. Et quidem
assiduē easdem victimas repetunt, quo
significata fuit imperfectio expiationis.
Sed Christus nulla victima pro sese opus
habuit, pro omni populo vero unam
tantummodo hostiam proprij corporis
semel obtulit, eaq̄ Deum perfecte pla-
cavit. Est ergo et hac ratione perfectius
& efficacius Christi sacerdotium, quā
legale seu Leviticum, quod etiam prop-
terea illi cedere cogitur.

XXV.

Cæterum cap. 8. sacerdotium Chri-
sti à Levitico discernitur forma &
modo administrationis. Vt enim in le-
ge, terreni tantum homines ordinaban-
tur pontifices, ita totum eorum sa-
cerdotium cum suo cultu, sacrificijs &
ministerio terrenum fuit, quod in ta-
bernaculo à Moyse constructo perage-
ba

batur iuxta præscriptum legis, & ser-
uiebat exemplari cœlesti, quod Moy-
si in monte Sinai diuinitus exhibitum
fuit, velut vmbra eius ac delineatio
quædam. Christus vero non est terres-
tus aut typicus sacerdos, sed verus &
cœlestis pontifex, qui consedit ad dex-
teram throni maiestatis in cœlis, & in
uero tabernaculo à Deo fixo, sacra assi-
duè administrat, & uera, cœlestia, ac
æterna bona nobis apud Deum impetrat
& communicat: imo est illud ipsum ex-
emplar cœlesti Moyse monstratum, &
picturis legalibus expressum.

XXVI.

Etsi enim filius DEI sacerdotium
suum inchoaturus, de cœlo descendit
in terram, & assumpta carne huma-
na, Sacrificium corporis sui visi-
bile in terra DEO obtulit pro peccatis

B 4

mun

mundi expiandis : tamen sicut regnum
Christi non est de hoc mundo, nec politi-
co modo, sed spiritali administratur,
ita et sacerdotiū eius non est terrenum,
sed cœleste, tum quia sacerdos ipse subli-
mior cœlis est, tū quia administratio non
fit secundum legem in terra, aut terreno
more, uerum peculiari et præstantiori
modo in cœlis, ubi in conspectu Dei ius-
tissimi iudicis assidue & perpetuo, mu-
nere sacerdotali fungitur, maiori cū fru-
ctu & efficacia, quam Aaron in terra.

XXVII.

Ac regula hic obseruetur. Quoties
vel de regno, vel de sacerdotio Christi
agitur, non id quod externum, corpora-
le aut uisibile est in Christo, sed interio-
rem & spiritualem vim, potentiam &
efficaciam, quæ uere cœlestis est, & sub
terrena & abiectiori illa specie latet,
considerandam esse.

Quam

XXVIII.

Quamuis ergo carnem habet similem nostræ (sed absq; peccato) tamen viuifica est in ea uirtus, quia plenitudo diuinitatis in ea habitat: patitur quidem & moritur in cruce, ut homo, sed morte sua mortem abolet, ut Deus, & vitam toti mundo confert: effundit uerum & corporalem sanguinem, sed eo spiritualiter abluit conscientias peccato sordidas: sacrificium proprij corporis in terra semel obtulit, sed illius suauem odorẽ seu precium in cœlum intulit, ubi assidue apparet & intercedit pro nobis coram Deo, & meritum ac fructũ sacrificij sui perpetuo applicat omnibus credentibus.

XXIX.

Porro, ut tota ratio sacerdotij Christi magis illustretur, collatio instituitur cap. 9. & 10. inter ritus & sacrificia legalia, ac Christi oblationem, & osten-

B 5

ditur

CHRISTUM VIDE REPTA M EST

ditur in lege omnia fuisse typica, imbecilla et imperfecta, in Christo vero umbras illas & figuras impletas esse, eiusque unicum sacrificium ad perfectam expiationem peccatorum, & æternam redemptionem sufficere. Nam quemadmodum tabernaculum Mosaicum pictura fuit cœlestis exemplaris, ita quæcunque in tabernaculo illo contenta & assidue paracta sunt varijs oblationibus & cultibus, tantum typi seu parabole fuerunt, quarum usus isti temporis accomodatus, tandem exhibita re significata, seu ipsa veritate in Christo, corrigi & aboleri debebat, propterea quod perfecte expiare peccatum, et conscientias cultorum pacare non possent, nec viam in interius sanctum, h. e. in ipsum cœlum et Dei propitiationem patefacere accessuris, sed magis occluderent. XXX.

Ac ut res sit manifestior, fiat distributio

butio materia, formæ & effectus, quibus inter se collatis in utroq; sacerdotio, Christi & Levitico, demonstratur, quanto excellentius & efficacius hoc sit illud. Nam quod ad materiam circa quã versantur utrobique sacerdotes, seu ad ipsa sacrificia attinet, ingens est discrimen.

Sacerdotes veteris Testamenti obtulerunt vitulos, hircos, tauros, & eorũ sanguinem. Christus seipsum & suum proprium sanguinem obtulit, est sacerdos ipse offerens, ipse & oblatio, ut Augustinus ait.

Illi hostias mere carnales immolarunt, in quibus nihil per se sancti, nec ulla vis spiritualis fuit.

CHRISTVS & carnem sanctam ac diuinitati unitam, & spiritum promptum eterno patri in sacrificium obtulit.

Deinde

XXXI.

Deinde & forma seu ritus admini-
strationis discrepat

Sacerdotes Leuitici sacrificantes in-
gressi sunt templum manu factum seu
terrenū, atq; ibi victimis & intercessione
sua Deum populo placarunt.

Christus pontifex intrat in maius &
perfectius tabernaculum, quod non est
huius structuræ, h. e. in ipsum cælū seu
in conspectū Dei iusti iudicis, cuius iusti-
ciæ & iræ suo sacrificio & interpella-
tione ita satisfacit, vt propiciationē pro
peccatis totius mundi impetret.

Illi sæpius offerunt & repetunt vi-
ctimas easdem, & summus sacerdos
quotannis ingredi cogitur in sanctum
sanctorum, eo quod in his sacrificijs non
sit perfectio.

Christus semel tantum in sancta in-
gressus est, & unico sacrificio sui corpo-
ris,

CHRISTUS
V. M. V. I. D. E. R. E.
P. F. A. R. I. U. M.
S. S. T.

ris, plenam expiationem omnium peccatorum effecit.

Illi quod peccatores essent, tam pro seipsis, quā pro populo sacrificia offerre cogebantur.

Christus, quia immaculatus fuit, & immunis à peccato, vinctus plenitudine Spiritus sancti, non habuit necesse ut prius pro suis peccatis sacrificaret, sed tantum pro peccatis populi.

XXXII.

Effectus deniq; diuersissimus est. Nam pontifices Leuitici non merentur suis sacrificijs vera & æterna bona, sed tantum sunt typi & figuræ vnici sacerdotis Christi & sacrificij ipsius.

Christus vero est pontifex futurorum bonorū, hoc est, impetrat & confert suo sacerdotio æterna bona, veram benedictionem, iusticiam & vitam æternam. Hæc enim bona Patres futura in
Christo

Christo expectabant, cum per legē con-
ferri non possent.

Illi suis sacrificijs carnalibus tantum
purificant carnem, h. e. expiant externā
carnis immunditiem, conscientiam vero
peccatorum sordibus infectam & gra-
uatā, purgare aut liberare non possunt.
Impossibile est enim sanguine taurorum
& hircorum auferri peccata. Christus
suo sacrificio & sanguine per spiritum
æternum oblato, emundat nos ab omni
peccato, eiusq; vis in conscientiam vsq;
penetrat, vt ea purgetur à mortuis ope-
ribus, id est, à peccatis, quæ nos iræ Dei
& morti obnoxios reddunt, nec iu-
diciū Dei propter satisfactionem
CHRISTI horreat.

XXVIII.

Sic enim fit conscientie mundatio,
cum corda peccatorum sordibus conta-
minata, & oppressa sensu iræ Dei &
moro

mortis, per sanguinem Christi fide ap-
prehensū & aspersum purificantur, &
absoluantur in iudicio Dei à reatu &
condemnatione, & in gratia Dei acqui-
escunt: & simul donantur spiritu san-
cto, qui perpetuo testificetur, quod habe-
ant in Christo placatum Deum, eaq̃ san-
ctificet & regat, ut abiectis mortiferis
operibus, Deo viuenti in vera iusticia,
sanctitate & pietate totius vitæ ser-
uiant.

Talis ergo conscientiarum purga-
tio propria est sacerdotij & sacrificij
Christi.

XXVIII.

Adhæc, Sacerdotum Leuiticorum
sacrificia, etiamsi multa & varia sint,
tamen non merentur æternam redem-
ptionem, seu talem expiationem pec-
catorum eorum **D E O**, quæ omnibus
tem

temporibus daret, & applicari singulis
quocumq; tempore possit.

Christus uero semel semetipsum offe-
rens, talem victimam exhibuit eterno
patri, quæ sufficienti λύσις satisfaceret
iusticiæ Dei, pro totius mundi peccatis
expiandis, atq; sic æternã redemptionem
comparauit hoc est, meruit toti mundo
remissionem peccatorum, liberationem
ab ira Dei, morte & damnatione, &
hereditatem vitæ æternæ. Et huius
Sacrificij fructus & efficacia perpetuo
durat in mundo, ac peruenit ad omnes
in Christum credentes.

XXXV.

Nam etsi certo tempore se Christus
in cruce obtulit & sanguinem immacu-
latum fudit, tamen sicut voluntas & o-
bedientia spiritus in eo iam inde ab ini-
tio lapsus humani prompta fuit ad per-
soluendum λύσις, & se reuerenter
subiecit

CHRISTUM
V. I. D. E. R. E.
P. A. R. U. M.
E. S. T.

subiecit patri, destinanti eum ad victimam, donec tandem in plenitudine temporis missus in mundum, hanc obedientiam usque ad mortem crucis declaravit: ita & vis spiritualis sanguinis & mortis ipsius in omnia tempora, omnesque homines, qui & ante & post tempus passionis vixerunt, se extendit.

XXXVI.

Negque enim tantum ipsa passio Christi, quatenus est opus per se, et fit in carne, intuenda est, sed multo magis spiritus promptus & spontanea obedientia, quam prestitit filius eterno patri, in cruce & morte. Hæc εὐλάβεια ac voluntas præcipue placuit Deo, & odorem bonæ fragantiæ conciliauit oblationi corporis Christi coram Deo, ut propter eam omnes in ipsum credentes, etiam antequam pateretur, sanctificarentur, sicut diserte dicitur cap. 10. Volun-

C tate

CHRISTUM VIDERI PHARISEUM EST

tate filij Dei nos sanctificatos esse per
oblationem corporis eius semel peractā.
Et in eam quoque sententiam accipi po-
test, quod cap. 9. dicitur: Qui per Spi-
ritum eternū seipsum obtulit immacula-
tum Deo: Et Apoc. 13. Agnus occisus
est ab origine mundi. Et Augustinus
elegantē inquit: Immolatio Christi
nova est & admirabilis. Ipse enim &
hostia erat & sacerdos. Hostia quidem
secundum carnem, sacerdos vero secun-
dum spiritum. Idem ipse & offerebat se
secundum spiritum, offerebatur vero
secundum carnem.

XXXVII.

Fit & applicatio sacrificij Christi ea
ratione, quæ non tantum diuersa est à
lege, sed etiam firmior & efficacior est.
Sacerdotes Leuitici, sanguinem victi-
marum suarum, fasciculo hyssopi & la-
næ aspergunt offerentium vestibus &
carni

carni externæ, & additis precibus so-
lennibus, expiant admissa delicta, &
hoc modo lustratum recipiunt in exter-
nam Ecclesiæ consuetudinem. Chri-
stus sanguine sui sacrificij aspergit,
totam Ecclesiam, & corda purificat per
ministerium verbi & Sacramentorum,
quo velut aspergillo utitur, ad diffun-
dendam vim & meritum sanguinis sui,
in conscientias peccatis inquinatas. Et
simul ad dexteram patris interpellans,
impetrat & applicat omnibus pœniten-
tiam agentibus, & fide ad se confugien-
tibus, remissionem peccatorum, iusti-
ciam & acceptationem ad vitam æter-
nam. Et hæc applicatio nunquam ces-
sat in Ecclesia, nec cessabit vsq; ad fi-
nem mundi.

XX XVIII.

Ex his quæ hætenus dicta sunt, colli-

C 2

gitur,

CHRISTUM V. M. V. I. D. E. R. E. P. H. A. R. U. M. S. S. T.

gitur, Christum esse vnicum, verum, summum, æternum & cœlestem pontificem, & sacerdotium eius tanto excellentius esse Leuitico, quanto præstantiora sunt cœlestia terrenis, æterna caducis, spiritualia carnalibus, efficacia infirmis, noua veteribus, corpus vmbra, veritas figuris. Hinc ergo hæc descriptiones constituentur.

XXXIX.

Summus sacerdos Leuiticus fuit persona à Deo ordinata, & ex certa familia legitime vocata & consecrata, iuxta mandatum Dei, vt in populo Iudaico propagaret doctrinam legis & promissionis de Christo, & in tabernaculo seu templo offerret sacrificia à Deo mandata, quibus sua & populi peccata expiaret, atq; sic placato Deo ingrederetur in interius sanctuarium, & oraret pro se & pro toto populo, fiducia promissionis

missionis de exauditione propter ventu-
rum semen Abrahamæ, & hoc modo bene-
dictionē seu gratiam & remissionem
peccatorum impetraret & annuncia-
ret vniuerso cœtui.

XL.

Summus sacerdos Christus unigenitus
filius Dei, est persona immediate uocata
à Deo, & vncta plenitudine spiritus
sancti, ut doceat Euangelium è sinu pa-
tris prolatum, & offerat unicum sacri-
ficium, videlicet proprij corporis victi-
mam pro peccatis mundi, atq; hoc sacri-
ficio placata ira Dei, ingrediatur in
sanctum sanctorum, h. e. in ipsum cœ-
lum, & appareat ac interpellet pro Ec-
clesia in conspectu Dei, habens promissio-
nē quod certo exaudiatur, qua inter-
cessione perpetuo meritum sacrificij sui
omnibus credentibus applicat, & ueram
atq; cœlestem benedictionem h. e. remis-

C 3

sionem

CHRISTUM VIDE REPTA M EST

sionem peccatorum, iusticiam & vitam
eternam impetrat, & voce Euangelij
annunciat, per quam vocem ipse efficax
est, et dato Spiritu sancto purificat cor-
da, & nouam lucem, vitam atq; iusticiã
in eis inchoat: exaudit etiam preces in-
uocantium, & ad patrem defert.

XLI.

Cæterum, quia sacerdos ideo consti-
tuitur, vt cum Deo pro hominibus agat,
& fœdus seu Testamentum firmet inter
Deum & populum, cuius est sacerdos:
Christus suo quoq; sacerdotio testamen-
tum conciliauit nouum & multò præ-
stantius veteri illo, cuius mediator fuit
Moses cum suis sacerdotibus.

XLII.

Nam vetus Testamentum proprie
fuit promulgatio legis seu pactum, quo
populus Israel ad legem & ad certam
politice formam à Mose traditam, obli-
gatus

gatus fuit, eiq; vicissim terra Canaan,
defensio, aliaq; bona corporalia à DEO
promissa sunt, & additæ ceremoniæ ac
sacrificia, quæ typi & umbræ essent
Christi, in hunc finem, vt in hac politia
conseruaretur & propagaretur promissa
sio de venturo Messia, & vt certa Ec-
clesiæ sedes esset.

XLIII.

Nouū Testamentum est promissio Eu-
angely de remissione peccatorum, iusti-
cia, Spiritu sancto, & vita æterna gra-
tis donanda propter mediatozem Chri-
stum, eiusq; sanguinem & mortem, cum
hac obligatione, vt in Christum pro no-
bis mortuum & resuscitatum creda-
mus.

XLIIII.

Hoc Testamentum sicut morte &
sanguine filij Dei sancitum est, non sicut
prius illud sanguine brutorum anima-
lium,

C 4

lium,

CHRISTUM
VIDERE
PARTIM
EST

lium, ita & promissa ac beneficia habet
præstantiora, nimirum spiritualia &
æterna, quæ per vetus Testamentum,
eiusq; sacerdotium conferri non potue-
runt. Eaq; sanguine Christi, veluti sig-
gillo confirmata et obsignata, certa sunt
omnibus fide illa amplectentibus, sicut
præclare ab Augustino dictum est: To-
tius fiduciæ nostræ certitudo est in pre-
cioso sanguine filij Dei Iesu Christi. I-
mo ideo sedet ad dexteram patris, ut cœ-
lestia et æterna bona nobis impetret, ac
fœdus quod semel pepigit, sua interces-
sione perpetuo inter Deum & nos, qui
sæpenumero eum offendimus, conseruet.

XLV.

Quæ vero sint præcipua noui Testa-
menti beneficia, quodq; sit eius discrimen
à veteri, ex vaticinio Ieremiæ,
quod citatur cap. 8. & 10. erudite
monstratur. Ac simul docetur, vetus
Testa-

Testamentum cū lege & cultibus suis,
per constitutionem noui, diuino consilio
& bonitate abrogari. Quia enim lex
omnes maledictioni subijciebat propter
inobedientiam, nec ullis pecudum sacris
ficijs conscientias purgare & pacare
poterat, imo ad sidua maētatione hostia-
rum velut commemorabat peccata, &
iudicium Dei ac sententiam mortis ad-
uersus peccatum singulis inculcabat: nec
vera ac solida bona, sed eorum vmbra
tantum exhibebat: nec in sanctuarium,
quod procul monstrabat, h. e. in cœlum
ac salutis æternæ hæreditatem, quen-
quam introducebat: Ideo noui Testa-
menti fit conciliatio per mediatorem
Christum, eiusq; sanguinem & mortem,
& tale fœdus inter Deum & totum ge-
nus humanum sancitur, in quo verè
placato Deo per vnicum sacrificium
fily, tollitur maledictio & præuarica-

C 5 tiones

CHRISTVM VIDE REPARVM EST

tiones quæ sub priori testamento fuerant, & donatur gratuita remissio peccatorum, iusticia & vita æterna, omnibus qui agnitis peccatis fide ad mediatorem Christum confugiunt, per quem post factum aditu in sancta, introducuntur in societatem & possessionem omnium cælestium et æternorum bonorum. Datur & Spiritus Sanctus, qui corda legi diuinæ conformia efficiat, & lucem veræ agnitionis Dei in mentibus exuscitet, & sit arrabo gratiæ & redemptionis per **CHRISTVM** donatæ credentibus.

XLVI.

Hæc bona offeruntur omnibus hominibus, & distribuuntur ministerio verbi & Sacramentorum. Nam prædicatio Euangely, qua velut promulgatur nouum Testamentum, inchoata est in Paradiso data prima promissione de **CHRISTVM**

CHRISTO, & postea omnibus
temporibus sonuit in Ecclesia, & per
eam semper aliqui vocati sunt ad socie-
tatem huius fœderis, & bonorum in eo
promissorum hæreditatem. Cumq̃ pro-
missio sit vniuersalis, omnes quotquot
fide eam apprehendunt, siue Iudæi, siue
gentes, quocunq̃ tempore, recipiuntur in
fœdus, & remissionis peccatorum, iusti-
ciæ & salutis æternæ per Christum
participes fiunt.

XXVII.

Adduntur etiam promissioni Sacra-
menta velut sigilla & pignora, testi-
ficantia de Dei erga nos voluntate &
applicantia singulis credentib. promisse-
sionem, & bona per eam oblata. Vnde
& vsus Sacramentorum creden-
tes in communionem bonorum noui
Testamenti deducit. Hinc Baptis-
mus

CHRISTUM
V. M. V. I. D. E. R. E. P. A. R. T. I. M.
S. S. T.

mus lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus Sancti, et bonae conscientiae foedus cum Deo esse dicitur Tit. 3. x. Pet. 3. Et in sacra coena exhibetur verum corpus Christi manducandum, quod pro vita mundi in mortem traditum est, & verus sanguis ipsius bibendus, qui est novi Testamenti sanguis, & pro nobis effusus est in remissionem peccatorum, ut hoc testimonio confirmati, statuamus, nos membra Christi esse, & abluui sanguine ipsius, & feriri nobiscum foedus, ut nos in Christo & Christus in nobis sit. Quam ob causam veteres hanc coenam Testamentum Christi vocarunt.

XLVIII.

Vnicum est tantum sacrificium propitiatorium novi Testamenti, quod est vniuersa obedientia Christi in tota vita, in omnibus actionibus, aerumnis, passione, cruce & morte, qua placauit iram Dei

Dei aduersus peccata totius mundi, &
factus est omnibus ad se confugientibus
causa salutis aeternae. Atq; huius sacrifi-
cij merito & efficacia, Ecclesia om-
nibus temporib; sanctificata & saluata
fuit, sicut dicitur: *Vnica oblatione
consummauit in perpetuum eos qui san-
ctificantur. Nec opus est vlla amplius
pro peccatis victima, quandoquidem per
hanc vniam aeterna redemptio & plena
expiatio peccatorum effecta est. Vbi e-
nim est remissio peccati, non amplius re-
quiritur oblatio pro peccato. Hebr. 10.*

XLIX.

Per hoc sacrificium lex cum omni-
nibus suis sacrificijs sublata est. Totum
enim sacerdotium legis, figura & adum-
bratio fuit venturi Christi. Ac voluit
DEVS externis istis ceremonijs, ve-
lut Symbolis in oculos incurrentibus, fi-
dem in promissum Messiam excitare &
con-

confirmare, & propter hunc promissio-
nes de expiatione peccatorum, de suavi
odore coram Domino, de propitiatione,
benedictione & sanctificatione eis ad-
iunxit, quæ promissiones non fuerunt
inanes fabulæ, sed firmæ & ratæ in
Christum credentibus, et hac fide sacri-
ficia illa offerentibus. Extra hanc fi-
dem opus ipsum per se non erat merito-
riū, imo abominabile erat Domino, eti-
am si ab ipso mandatum esset, quemad-
modum ex multis prophetarum concio-
nibus videre licet. Donec igitur exhi-
beretur Christus, lex usum suū habuit,
eiq; seruiuit, qui demum finem ei impo-
suit, atq; umbris omnibus remotis, gra-
tiam & ueritatem ipsam attulit.

L.

In nouo Testamento nullum amplius
est sacrificium ceremoniale, nec sacera-
dotia

dotium tale quale in lege fuit. Nam
per Christum toti Ecclesie omnibusq;
pijs communicatum est ius sacerdotij,
vt suo quisq; loco & pro vocatione, do-
ceat & discat doctrinam de Deo, offer-
rat rationalem cultum & hostias spiri-
tuales, & assidue pro se & alijs oret fi-
ducia mediatoris, & ius adeundi Deū
habeat.

LI.

Sunt autem hostiæ spirituales, sacri-
ficia non propitiatoria aut meritoria
coram Deo, sed tantum εὐχαριστικά h.
e. omnia bona opera piorum, quæ præ-
lucente fide Christi, & regente corda
Spiritu sancto fiunt, in hunc finem, vt
DEVS honore afficiatur: item om-
nes afflictiones piorum, & assidua
mortificatio carnis, cum exhibemus
corpora nostra, hostiam viuentem,
sanctam & acceptam DEO. Ro-
ma

ma. 12. Hebræos 13. Psalm. 50. 51. I.
Pet. 2. Hæ vero hostiæ propter Chri-
stum DEO acceptæ sunt, & præmijs
ornantur iuxta promissionem.

LII.

Vsus doctrinæ hætenus expositæ,
in Ecclesia amplissimus est, & pa-
ssim in Epistola ad Hebræos monstra-
tur. Deducit enim mentes ad conside-
rationem admirandi consilij diuini de
redemptione generis humani, quæ mi-
sso filio in carnem, & tradito in mor-
tem facta est: ad veram Christi notis-
tiam, quæ fidei & totius religionis
Christianæ fundamentum est: ad cogi-
tationem immensi amoris DEI erga
mundum, quod proprio filio non peper-
cit, sed pro nobis omnibus tradidit illū,
ex quo amoris velut pereuni fonte, inex-
hausta illa vis omnium beneficiorum
corporalium & spiritualium, & multi-
plex

plex copia omnis veræ & efficaciæ con-
solationis, in Ecclesiam promanat: &
deniq; ad considerationem severissimæ
iustitiæ Dei, cui cum nulla creatura sa-
tisfacere posset, æternum filium ἀντίλυ-
τον pro peccatis fieri oportuit, in quem
tota ira Dei effunditur. Unde ma-
gnitudo & atrocitas peccati in iudicio
Dei æstimetur, & corda ad verum ti-
morem Dei exuscitentur.

LIII.

Dependet etiam hinc doctrina de
gratuita iustificatione & salute æter-
na, quæ non obtinetur per opera aut sa-
crificia legis, sed per unicum pontificem
& mediatorem Christum, eiusq; victi-
mam & meritum fide apprehensum,
iuxta dictum Pauli, Actor. 13. Notum
sit vobis, quod per hunc Iesum vobis re-
missio peccatorum annuntiatur, & ab
omnibus à quibus non potuistis per le-
gem

D

gem

gem Mosi iustificari, per hunc omnis qui
credit iustificatur. Et Actor. 4. dicitur:
Non est in alio quoquam salus.

LIIII.

Quatenus etiam lex abrogata sit, hinc
constat: Cessant ritus & ceremonie
Mosaicae, cum tota politia, exhibito
Christo, cui seruiuerunt. Manet autem
immota Dei voluntas, expressa in le-
ge morali seu Decalogo, qui est vitæ res-
gula, & norma obedientie Deo debitæ
ab omnibus creaturis rationalibus. Nec
tamen hic iusticia est quærenda, quia
lex peccatum arguit in omnibus, &
transgressionibus monstratis, pœnas
præsentes & æternas denunciat, nisi
fiat conuersio ad Christum, qui est fi-
nis & perfectio legis ad iustificatio-
nem omni credenti. Iusto igitur lex
non est posita, quia nulla damnatio est
his, qui insiti sunt Christo Iesu,
eiusq̃

eiusq; perfectione & iusticia per fidem
sunt vestiti.

L V.

Hinc vero doctrina de libertate Chri-
stiana extruitur, quæ est liberatio à
peccato, ira Dei, morte & condemna-
tione æterna, à ceremonijs & forensibus
legibus Mosi, & à traditionibus huma-
nis in Ecclesia, quæ etiamsi nō pugnant
cum verbo Dei, tamen non est eis affina-
genda opinio cultus & necessitatis, &
omitti possunt sine peccato extra casum
scandali.

LVI.

Et quia beneficia Christi fide appre-
hendi oportet, quæ intueatur promissio-
nem Euangelij de Christo, eamq; firma
assensione amplectatur & sibi applicet,
etiam natura, vis, & efficacia eius con-
sideranda est, quæ describitur Hebr.
II. Fides est rerum sperandarum firma

D 2

fidus

CHRISTUM
V. I. D. E. R. E. P. H. A. R. U. M.
S. T.

fiducia, & certitudo non apparentium.
Ac multis illustribus exemplis hæc ip-
sa fidei natura explicatur, & ostendi-
tur, patres non propter opera legis, sed
fide Deo acceptos, & salvatos fuisse.
Nam sine fide impossibile est Deo pla-
cere, & iustitiam ac vitam æternam
consequi & retinere.

LVII.

Adhæc, quia per Christum nobis adie-
tus in sancta patefactus est, & ipse ad
dexteram patris perpetuo interpellat
pro nobis, & meritum sacrificij sui no-
bis applicat, accedamus cum fiducia ad
thronum gratiæ, & in nomine huius
nostri Pontificis et mediatoris petamus
misericordiam & oportunum auxiliū:
& freti promissione diuina, iureiuran-
do confirmata, teneamus propositam
spem exauditionis & gratiæ, velut an-
coram animæ, cum tutam tum firmam,

&

Et introeuntem vsq; ad ea quæ sunt in-
tra velum, vbi præcursor pro nobis in-
gressus est Christus, &c. Hebr. 4.
& 6. Ita veræ inuocationis ratio hinc
quoq; efficitur.

LVIII.

Deniq; quia habemus Pontificẽ mag-
num, qui penetravit cælos Iesum filium
Dei, cuius sanguine abluti & redempti
sumus, huic firma fide semper adhærea-
mus, audiamus vocem eius offerentem
nobis beneficia sua, & vero corde ac
pia voce, & totius vitæ obedientia ac
sanctitate, gratitudinem erga eum de-
claremus, nec deficiamus ab eo vllorum
periculorum metu, sed fide, spe, ac pa-
tientia omnia aduersa vincamus. Ita
fiet, vt in promissam requiem, & eter-
na tabernacula per hunc Pontificem in-
troducatur.

D 3

Doctrina

LIX.

Doctrinam de aeterno sacerdotio & unico sacrificio Christi, impugnant, & conuellunt, qui honorem integræ propitiationis Christo adimunt, & partem meriti iusticiæ & salutis, nostris operibus tribuunt: Item qui Christum pro originali tantum peccato, vel certe pro culpa solum satisfecisse, nos ipsos pro actualibus peccatis, eorundemq; pœnis satisfacere oportere docent: Item qui unicam Christi oblationem non sufficere ad expianda totius mundi peccata affirmant, sed repetendam esse per sacrificium Missæ, & hoc modo viuis ac mortuis applicari sentiunt, reiecit fide, qua sola fit applicatio meriti ac sacrificij Christi in hac vita, sicut dicitur: Iustus fide sua viuet.

LX.

Horribilis blasphemia est in Pontifio

tificem & vnicum mediatorem Christum, constituere plures mediatores eosque inuocare, ac meritis eorum & suffragiis in iudicio Dei niti, quasi Christus non satis fidelis & misericors pontifex sit, in his quæ apud Deum sunt agenda.

LXI.

Errant qui sentiunt, nos non sola fide gratis propter solum Christum pro nobis passum, mortuum & resuscitatum iustificari & saluari, sed partim fide, partim operibus nostris.

LXII.

Eodem modo errant qui cultus, etiam mandatos à Deo, ex opere operato extra fidem Christi, sanctos esse & Deo placere censent: & multo magis hi, qui propria audacia fingunt cultus non præceptos à Deo, & his necessitatem & opinionem meriti annectunt.

Hi

Hi omnes conculcant filium Dei, &
sanguinem testamenti ipsius, per quem
solum sanctificati sunt, ceu rem pro-
phanam habent: sicut & illi, qui grati-
am Dei per Christum partam, trans-
ferunt eis ἀσέλγειαν, & immunda ac
flagitiosa vita, sub prætectu libertatis
Christianæ, denuo crucifigunt
filium Dei, & ludibrio
exponunt.

F I N I S.

AB: 153545

ULB Halle 3
004 977 203




TA 20a

Handwritten text on the right edge of the page, oriented vertically: *WILHELM VON ...*







B.I.G.

Farbkarte #13

MYSICA.
DISPUTATIO.

COMPLECTENS
SUMMAM ET ORDINEM
DOCTRINAE, IN EPISTOLA
ad Hebræos tradita, DE SACER-
DOTIO ET SACRIFICIO
CHRISTI, instituta, ut stu-
dioſi ad lectionem eius Epi-
stolæ inuitentur.



A LVCA BACMEISTERO
Theologiæ Doctore.

Disputabitur, Deo dante, die 18. Martij
in auditorio maiori, hora septima.

Libraria Sippelkeſili Hermannii Neu-
valdi Hagensis annumerus 21603
ROSTOCHII mens. Julij.

EXCVSA IN OFFICINA IACOBI

LVCII. ANNO M. D. LXIX.

contum in officio. Quis apud deum odit in certum
gnarum sequitur gloria nulla vorum?

A1

Handwritten text on the book's spine: 1058-1059 M 3 Q 11 01518740 v. 825